eius. Dirumpamus uincula eorum ⁊ pro
iciamus a nobis iugum ipsorum. Qui ha
bitat in celis irridebit eos ⁊ dominus subsan
nabit eos. Tunc loquetur ad eos in
ira sua ⁊ in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo
super syon montem sanctum eius predicans
preceptum eius. Dominus dixit ad me
filius meus es tu ego hodie genui te.
Postula a me ⁊ dabo tibi gentes heredi
tatem tuam ⁊ possessionem tuam terminos
terre. Reges eos in uirga ferrea ⁊ tanquam
uas figuli confringes eos. Et nunc re
ges intelligite erudimini qui iudicatis
terram. Servite domino in timore ⁊ exul
tate ei cum tremore. Apprehendite dis
ciplinam nequando irascatur dominus ⁊ pereatis
de uia iusta. Cum exarserit in breui
ira eius beati omnes qui confidunt in
eo. Gloria patri. Sicut erat. ℟. Regni sede
consecutus humilem se prebuit ⁊ in syon con
stitutus cultu dei claruit. ℟. Susceptus. Ps.
Domine quid multiplicati sunt
qui tribulant me multi insur
gunt aduersum me. Multi dicunt a
nime mee non est salus ipsi in deo eius.
Tu autem domine susceptor meus es gloria
mea ⁊ exaltans caput meum. Voce me
a ad dominum clamaui ⁊ exaudiuit me de mon
te sancto suo. Ego dormiui ⁊ soporatus sum
⁊ exurrexi quia dominus suscepit me. Non ti
mebo milia populi circumdantis me exurge
domine saluum me fac deus meus. Quo
niam tu percussisti omnes aduersantes mihi
sine causa dentes peccatorum contriuisti. Do
mini est salus ⁊ super populum tuum benedictio

tua. Gloria patri. Sicut erat. ℣.
Susceptus ad meritum gloria dotatur capud
deo subditum celo coronatur. ℣. Amauit eum
dominus ⁊ ornauit eum. ℟. Stolam glorie induit eum.
Pater noster. Et ne nos. Iube domne benedicere.
Benedictione perpetua benedicat nos pater
eternus. Amen. La premiere lecon.
Beatus ludouicus rex francorum
illustris patrem habuit christianissi
mum nomine ludouicum. Quo defun
cto puer sub tutela matris sue videlicet
blanche regine condam regis castelle
filia remansit. Que ipsa religiose nu
triens ⁊ pueri sanctitate congaudens di
cebat. Prius uellem carissime fili te
mortem incurrere temporalem. quam
per aliquod peccatum mortale tuum
offendere creatorem. Quod uerbum de
uotus filius sic in corde firmauit. quod nun
quam diuina protegente gratia sencis
se letalis criminis contagium perhiben
tur. Demum prouidencia matris ⁊ pro
cerum ne regnum successione careret
uxorem duxit. De qua suscepta prole
uir sanctus uelud alter thobias dabat
ei documenta. salutis ⁊ super omnia de
um timere ⁊ ab omni peccato abstine
re docebat. Tu autem domine miserere
re nostri. Deo gracias. ℟.
Rex regum regi filio regales parans nup
tias post certamen in stadio celi prebet
delicias. Glorioso commercio. ℣. Pro regno
temporalium regnum habet celestium ludoui
cus in premium. Glorioso commercio. Iube
domne benedicere. Unigenitus dei filius nos
benedicere ⁊ adiuuare dignetur. Amen. M

Serica quoque de bissis *La sexte lecon.*
seu alios capellos eos portare
prohibebat. Sextis feriis propter coro
nam spineam tali die impositam capi
ti saluatoris. Et quia sciebat quod in deli
ciis castitas in diuiciis pietas. et in hono
ribus humilitas periclitari solent. Ideo so
brietati humilitati. pietati animum de
dit. Ab insidiis mundi carnis et diaboli
sollicite custodiens seipsum. Et exemplo
apostoli corpus suum castigans et in ser
uitute redigens multo tempore. cilicio
utebatur ad carnem. et quando propter
nimiam debilitatem dimittebat ad in
stanciam proprii confessoris uolebat quod
idem confessor pro recompensacione qua
draginta solidos parisiensium pauperibus
secrete erogabat. Tu autem domine miserere
nostri. Deo gracias. ℟. Felix terra cuius rex sapi
ens iustus clemens modestus paciens. Cuius
uirtus est malos feriens bonos alliciens. ℣.
Ludouicus sic terris prefuit quod regnando celos
promeruit. Cuius uirtus est malos feriens
bonos alliciens. Iube domne benedicere. Spiritus sancti
gracia illuminet sensus corda et corpora nostra.
Amen. *La tierce lecon.*

Cum in tempore sextis feriis ieiuna
ret. et aduentum et quadragesima
hiis diebus a piscibus et fructibus abstinebat
Laboribus ieiuniis et orationibus et aliis sec
tis abstinenciis et disciplinis iugiter se af
fligebat. et uelud alter dauid quanto ma
gnus erat. tanto humilius se gerebat. et
coram deo in oculis suis apparebat. Di
ebus uero sabbatinis propriis manibus pau
perum pedes abluebat tergebat et oscula
batur et certam pecuniam dabat omni die
cenam uiginti pauperes reficiebat. Et
diebus dominicis et festiuis ducentis paupe
ribus antequam ipse comederet manu pro
pria fercula ministrabat. Semper in p
prandio et in cena tres pauperes senes p
pe se recumbentes habebat. et de propriis
cibis reficiebat. Et de eorum reliquiis a
liquando comedere non horrebat. Christum
pauperem in suis pauperibus honorando.
Vestibus pompis nec pellibus uariis sed
simplicibus utebatur. Tu autem domine mi
serere nostri. Deo gracias. ℟. Hunc natura
genuit regno fructuosum uoluntas exteruit
mundo graciosum. Deus ipsum prebuit celo
gloriosum. ℣. Normam uite posuit hunc de
us et tribuit singnis uirtuosum. Deus ipsum
prebuit celo gloriosum. Gloria patri et filio et spi
ritui sancto. Deus ipsum prebuit celo gloriosum.

Te deum laudamus *Pseaume.*
Te dominum confitemur. Te eternum
patrem omnis terra ueneratur. Tibi om
nes angeli tibi celi et uniuerse potestates. Ti
bi cherubin et seraphin incessabili uoce pro
clamant. Sanctus. Sanctus. San
ctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt ce
li et terra maiestatis glorie tue. Te glorio
sus apostolorum chorus. Te prophetarum lau
dabilis numerus. Te martirum candi
datus laudat exercitus. Te per orbem ter
rarum sancta confitetur ecclesia. Patrem
inmense maiestatis. Venerandum tuum
uerum et unicum filium. Sanctum quoque
paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe.
Tu patris sempiternus es filius. Tu
ad liberandum suscepturus hominem

D50 Illuminant, 2 degree observer
Colors by Munsell Color Services Lab

cum dyoclet
iano multos pro fide
xpi necauerat in alexandria ciui
tate: puella nomine katerina fi
lia costi regis erat: que post morte
patris remansit in palacio cum pa
rentibz suis. Nec itaqz litterarum
studijs tradita: quantam glorio
sa genere tantum inclita sagaci
tate pollebat. Didicerat enim om
nium liberalium artium doctrina.
uarias qz gencium linguas a deo
ut in quacunqz re interrogata fu
isset sophistica racione preparata
inueniretur. Igitur dum uideretur
multitudinem populorum & mirabi
rabiles preparaciones sacrificiorum.
choros cantancium xpicolas uero
qui interierant plorantes & non au
dentes confiteri xpm dominum:
propter nimiam crudelitatem pa
ganorum: obstupuit ualde. Tamen
in feminneo pectore uirilem inserens
animum accipiens secum pueros
introiuit in templum quo impe
rator & omnis illa multitudo sa
crificabant. Tu autem domine:
miserere nri. Deo gracias. R.

Veni sponsa xpi accipe coronam
quam tibi dominus preparauit
pro cuius amore sanguinem tu
um fudisti. Et cum angelis in paradi
sum intrauisti. V. Veni electa mea & po
nam in te thronum meum quia con
cupiuit rex speciem tuam. Et cum
angelis in paradisum intrauisti. Iube
domne benedicere. Unigenitus dei fi
lius nos benedicere & adiuuare digneť.
Amen. La seconde lecon.

Erat enim speciosa ualde et
inaudibilis pulcritudinis om
nium qz oculis admirabilis uideba
tur. Cumqz ingressa fuisset in tem
plum iam imperatore sacrificante
dixit iuuenibz qui ei ministrabant.
Illi autem hec audientes: cunctio
imperatori nunciare curauerunt.
Ipse uero fecit eam ad se introire &
licenciam ei loquendi dedit que uel
let. Stans itaqz beata katerina
ante ianuam templi. per uarias
dictiones enigmatum per uarias
inclusiones sillogismorum allegorice
& methonomice diserte cum cesare
disputauit. ad postremum uero re
diens ad commune eloquium sic
dixit. Tibi specialiter tanquam sa
pienti & in tanto culmine dignita
tis posito proferre curaui: nunc at
ut simpliciter & omnibz intelligen
tibz loquar: Quare incassum con
gregasti hanc multitudinem ad co
lendam stulticiam atqz errores ydo
lorum. Miraris hec manu artifici
operatum: miraris ornamenta pre
ciosa & uario opere compta que ue
lud puluis ante faciem uenti erunt.
Tu aut dne: miserere nri. Deo g. R.
Diffusa est gracia in labijs tuis. Prop
terea benedixit te deus in eternum. V.
Specie tua & pulcritudine tua intende pros
pere procede & regna. Propterea benedixit te
deus in eternum. Iube domne benedicere.

Sps scs gratia illuminet sensus corda et cor
pora nostra. Amen. La neuve lecon

Miratur potius o imperator celum
et terram et omnia que in eis
sunt. Miratur ornamenta celi scilicet
solem et lunam et stellas. Miratur fa
mulatum earum qualiter a mundi
inicio usque ad finem die noctuque cur
runt ad occidentem: et nunquam fa
tigantur. Nunquam deficiunt: et
nunquam animaduertens: interr
oga et disce quis sit omnium crea
tor. Cum autem illum utique deum
intellexeris nec similem illi inuenire
ualeas. ipsum adora. ipsum glorifi
ca et omnes tibi subiectos illi famu
lari exortare quia ipse habet potestatem
corpus et animam ponere in gehennam.
Ipse est deus deorum et dominus domina
tium: qui dyabolica suggestione
mundum perditum uidens misit fili
um suum dominum nostrum ihesum
christum qui conceptus est de spiritu sancto
natus ex maria uirgine: deus homo
factus per passionem crucis et per su
um sanguinem preciosum totum
mundum illuminauit: et omnes
in se credentes ad celestia regna per
duxit. Hoc autem si recte credideris
et si hunc adoraueris omnia delicta
tua emundabit: et ad gaudia eter
na perducet. Tu autem domine miserere nobis.
Deo gratias. R. Specie tua et pulchritu
dine tua. Intende prospere procede et reg.
V. Diffusa est gratia in labiis tuis prop
terea benedixit te deus in eternum. Intende ps.

pere procede et regna. Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Intende prospere procede et regna. Ps.

Te deum laudamus te dominum
confitemur. Te eternum patrem omnis
terra ueneratur. Tibi omnes angeli tibi celi
et uniuerse potestates. Tibi cherubin
et seraphin incessabili uoce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sab
baoth. Pleni sunt celi et terra maiestatis
glorie tue. Te gloriosus apostolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus. Te marty
rum candidatus laudat exercitus. Te per
orbem terrarum sancta confitetur ecclesia. Patrem
inmense maiestatis. Uenerandum tuum
uerum et unicum filium. Sanctum quoque paraclitum
spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sem
piternus es filius. Tu ad liberandum
suscepturus hominem non horruisti uir
ginis uterum. Tu deuicto mortis acu
leo aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris.
Iudex crederis esse uenturus. Te ergo
quesumus famulis tuis subueni quos precioso
sanguine redemisti. Eterna fac cum
sanctis tuis in gloria numerari. Saluum
fac populum tuum domine et benedic hereditati
tue. Et rege eos et extolle illos usque
in eternum. Per singulos dies bene
dicimus te. Et laudamus nomen
tuum in seculum et in seculum seculi. Dignare
domine die isto sine peccato nos cu
stodire. Miserere nostri domine miserere nostri. Fi
at misericordia tua domine super nos quemadmo
dum sperauimus in te. In te domine spera
ui non confundar in eternum. V. Specie tua et
pulchritudine tua. R. Intende prospere procede et regna.